Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35407
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

fugerunt. Et persecuti sunt eos viam
diei unius ab adasor usque quo veni
atur in gazera. Et tubis cecinerunt
post eos cum significationibus. et exi
erunt de omnibus castellis iude in cir
cuitu. et ventilabant eos cornibus
et convertebantur iterum ad eos. Et
ceciderunt omnes gladio. et non est re
lictus ex eis nec unus. Et acceperunt
spolia eorum et predam. et caput nica
noris amputaverunt et dextram eius
quam extenderat superbe. et attulerunt
et suspenderunt contra iherusalem. Et le
tatus est omnis populus valde. et egerunt
diem illam in leticia magna. et con
stituit agi omnibus annis diem istum
terciadecima die mensis adar. Et si
luit terra iuda dies paucos.

Et audivit iudas nomen roma
norum. quia sunt potentes viribus. et acqui
escunt ad omnia que postulantur ab eis.
et quicumque accesserunt ad eos statuerunt cum eis
amicitias. et quia sunt potentes viribus.
audierunt prelia eorum et virtutes bonas
quas fecerunt in galatia. et quia obtinu
erunt eos et duxerunt sub tributo. et quan
ta fecerunt in regione hispanie. et quod
in potestatem redegerunt metalla ar
genti et auri que illic sunt. et possederunt
omnem locum consilio suo et patientia.
locos qui longe erant valde ab eis. et
reges qui supervenerant illis ab extremis
terre contriverunt. et percusserunt eos plaga
magna. ceteri autem dantes tributum omni
bus annis. et philippum. et persenatiorum
regem. et ceteros qui adversus eos arma
tulerunt contriverunt in bello. et obtinuerunt eos.
et antiochum magnum regem asye
qui eis pugnam intulerat habens .c.xx. e
lefantos et equitatum currus et exercitum
magnum valde contritum ab eis. et quia ce
perunt eum vivum. et statuerunt ei
ut daret obsides ipse et qui regnaverunt
post eum tributum magnum. et daret
obsides. et constitutum. et regionem
medorum. et lidos. et medos. de opti
mis regionibus eorum. et acceptas eas
ab illis. dederunt eumenidi regi.
et quia qui erant apud eladam voluerunt
ire et tollere eos. et innotuit ser
mo his. et miserunt ad eos ducem
unum et pugnaverunt contra illos.
et ceciderunt ex eis multi. et capti
vas duxerunt uxores eorum et filios.
et diripuerunt eos. et terram eorum
possederunt. et destruxerunt mu
ros eorum. et in servitutem illos re
degerunt usque ad hunc diem. et
residua regna et insulas que aliquando
restiterant illis exterminaverunt. et
in potestatem redegerunt. cum amici
cis autem suis. et qui in ipsis requiem
habebant conservaverunt amiciti
am. et obtinuerunt regna que erant
proxima. et que longe. quia quicumque audie
bant nomen eorum timebant eos.
quibus vero vellent auxilio esse ut regna
rent regnabant. quos autem vellent
non regnare deturbabant. et exalta
ti sunt valde. et in omnibus istis ne
mo portabat diadema. nec induebatur
purpura. ut magnificaretur
in ea. et quia curiam fecerunt sibi. et coti
die consulebant trecentos .xx. consilium
agentes semper de multitudine. ut
que digna sunt gerant. et committunt
uni homini magistratum suum per
singulos annos dominari universe terre
sue. et omnes obediunt uni. et non est
invidia neque zelus inter eos.

Et elegit iudas eupolemum fi
lium iohannis filii iacob. et iaso
nem filium eleazari. et misit eos
romam constituere cum illis amici
ciam et societatem. et ut auferrent
ab eis iugum grecorum. quia viderunt quod
in servitutem premerent regnum israel.
Et abierunt romam viam multam val
de. Et introierunt curiam et dixerunt.
Iudas machabeus et fratres eius et populus